In Causa Adm Rndi Michaelis Kołysko Par. Kowarscen contra Mgfum Joseph. Romanowski Judem Vilkomien.

S. R. D. sedens &c. audit &c. Visa ac lecta testamentaria dispositione ac inscriptione Illmi Dni Mariani Antonij Oginski Castellani Mscilavien de Anno 1703 Die 24 Novembr condita, visa quoq eodem Anno ejusdem Illmi jure donationis Mgficæ Annæ Tyszkiewiczowa Capitaneæ Starodubovien, audita quoq m Citti in vim suæ relevaminis illatione, sed quoniam per memoratum Illmum Castellanum eadem dispositione sua Bona sua hæreditaria Kowarsk nuncupata cum onere solutionis quotannis ducentorum florenor Poll. pro Ecclesia Kowarscensi onerata, qui Census etiam ex ijsdem dictis Bonis per possessores eorundem Bonorum Ecclesiæ deducuntur devenisse probatur, sed neq Mgfus Cittus quod prefato onere eadem Bona exuta fuissent, vel ad alia Bona officiose translatum docere potuit, cumq hæc summa sit videricalis, onerata Bona directe respiciens, et Ipse Mgfus Cittus eadem jure hypothecario possideat, exinde eidem Mgfo a tempore possessionis suæ juxta obloquentiam tati testamenti ac juris inscriptionis non exolutos ducentos florenos Poll. exolvere, ac in posterum solvere mandavit, salva ejusdem repetitione ad hæredes, si et inquantum gravato, et ad effectum solutionis Mandatt Executt 30 dier relaxavit.

In Causa Admdi Josephi Modzelewski Epti Ecl. SS. Nicodemi et Jos. contra Nobilem Jurewicz Civis et Mercatt Vilz

S. R. D. sedens &c. visis ac lectis literis obligatorijs et quidem unis pro summa mille flor Poll. per Nobilem olim Stanislaum Jurewicz et Catharinam Conjuges Citti Parentes ab Illri Admdo Michaele Dąbrowski Can. Lonicen Prepto Ecl. SS. Jos. et Nicod. de Anno 1742. accepta, et per Eundem memoratum Illtdem pro Lampade coram Ssmo, quatenus quotidie arderet, inscripta, quamquidem summam cum termino exolutionis Anno immediate sequenti 1743. in festo S. Thomæ Mense Decembri exolvere sese submittebant, visis quoq alteris literis per Cittum Ejusq Uxorem Elisabetham moderno Actori datis, et quidem pro acceptis itidem mille flor Poll. de Anno 1765 Die 25 Mensis Junij cum termino exolutionis Anno 1766. in Festo S. Joann Bapt. ex quibus quoniam patet, quod summa prima pro Lampade inscripta non sit videricalis, sed ad tempus accepta, ~~et~~ et ex conniventia Preptorum apud Cittum hærens, sed neq quod ab Anno 1771. Die 24. Mensis Junij Censum obvenientem exolvisset ex quietationibus docere potuit, proinde succurrendo huic summæ Ecclesiasticæ ne qualitercunq ob debita Citati pereat, ante omnia pro hoc Anno Censum congruum nempe 70 flor Poll. in spatio 12. dier exolvere mandavit. Ipsum vero capitale Anno currenti in Festo S. Thomæ Mense Decembri pariter Ecclesiæ Actoris restituere injunxit. Cujus Locationem nonnisi cum consensu Officij apud quemvis alium Actori precavit. Similiter summam aliam ab Actore acceptam 1000 flor Poll. cujus jam terminus exolutionis pridem effluxit, in Festo S. Joann Bapt. Anno futuro 1773. in toto solvere mandavit, et pro usu et fructu per Annos octo ab hac summa per Cittum percepto nonnisi ducentos florenos Poll. Actori adjudicavit, et in Litis expensis temere causatis 30 flor Poll. cum trño 12 dier condemnavit.

In Caa Gnsæ Constantiæ Laszkiewiczowa contra Nobilem Sokołowski

L. L. D. sedens J. attento merito Causæ, tum considerata defensione Partis Citatæ necnon exceptione declinatoria fori judicij præsen. ac alijs mature perpensis quandoquidem ex notorietate personæ Actricis Eandem viduam ac miserabilem personam esse constet, ideo ~~adinvenit~~ forum etiam ex directa responsione Citti adinvenit, exinde quoniam Gnsa Actrix in vim debiti, de qua res, se jam duos aureos Hungaricall accepisse circa infert, et Nobilis Cittus eandem accepisse non impugnat, solummodo quasdam prætensiones contra Fratrem suum Sokołowski judicialiter proponit, nec realitatem debiti per suum defunctum Fratrem in dubium vocat, caprojter Citto super eo, quod ex rebus defuncti Litis post fata Fratris sui nihil quidquam nostatis, rzeczy participaverit, nec duos aureos in vim debiti defuncti Fratris Actrici sederit, juramentum in Cancellaria præstare injunxit, quo expleto Liberum a causa præsen. pronuntiavit.

In Caa Atnusi Thaddæi Schroeders Par. wysztyniecz contra Rlsos Collegij Laurez Soc. J.

L. L. D. sedenoh. visa ac lecta Inquisitione ex parte Actorea educta, audita quoq defensione Partis Citatæ, teaq attenta et considerata, visis quoq Inventarijs et quidem Traditionis Patribus Soc. J. missionis wysztyniecen. Anno 1737. Dy 31. Mensis Octobr. altero De Anno 1769. per Perillrem Atndum Josephum wnorowski Decanum Oliten. pro Ecclesia wysztyniecen. ex Consensu Patrum Soc. J. confectis, ex quibus quamvis pateat, quod Patres Soc. J. tempore occupationis missionis nil quidquam vel etiam admodum exiguas res sub suo ingressu acceperint, cum tamen benevole ydem Patres Citati ante abscessum suum et resignationem pro supplemento Ecclesiæ paupertatis pecora ac alias res in Inventario specificatas obtulerint, ac pro Loco reliquerint, taliterq Ecclesia in possessionem earundem rerum transivit. Cum vero Rlsi Citti easdem res, quæ in Inventario specificantur, haud quaquam se accepisse inferant, sed solum easdem, quæ in Inventario specificantur, ac pro suo usu ad Libitum exceptuatis, eademq pecora nonnisi abduxisse agnoscant, exinde Rlso Promotori Jakobo Kredyk super eo = quod res et pecora in Inventario per Perillrem Decanum specificatas ex Fundo Ecclesiæ non abstulit nec expelli curavit, sed ibidem prout Inventarium sonat, reliquerit, juramentum coram Parocho Loci explere mandavit ad eumq effectum mandatt Executt cum termino 15 dies decrevit, quo præstito Citatos Rlsos Liberos a causa pronuntiavit et Actorem pro indebita vexa in Litis expensis 30 flor condemnavit.